obseruacio non potest ita concludi sub regulis quibuscumque quin necesse sit sepissime recurrere ad glosam sapientissimi augustini ex operibus xpi videlicet · que talia dant et obseruando animo racionem et non semper operibus exhibent que tamen propracio apud omnem statum et personam xpiane religionis potest si vult inveniri ·

Explicit tractatus eximij magistri Johannis Jarson Cancellarij almo et inclite vniuersitatis Studij parysiensis

Incipit tractatus eiusdem Contra errores pseudorum Bohemorum

prologus

Oblatum iuxta Bohemorum huius sacri Concilij Constanciensis monicionem generalem Nonnulla que continent expugnacionem heresum et hereticorum nostri temporis nominatim secte nouiter exorte et protinus iudicialiter dampnate · de necessitate communicandi laycos sub vtraque specie · panis scilicet et vini · Profecto tamquam evangelica paupercula duo minuta · que dici possunt duplex iste denarius quem samaritanus protulit · et dedit stabulario pro cura vulnerati · Vnius denarius decem regulas speculatiuas · Alter decem practicas habet inscriptas

Scriptura sacra · Prima Regula · ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

est fidei regula Contra quam bene intellectam non est admittenda auctoritas vel racio hominis cuiuscumque nec aliqua consuetudo · nec constitucio nec obseruancia valet Si contra sacram scripturam militare conuincitur · Hec regula fundamentum est contra nos et hereticos quos impugnare conamur · Propterea concedimus et approbamus omnes vel auctoritates vel rationes que hanc probant · pro quanto non aliud probandum per eos inducitur vel inducatur quam tamen · Qua obrem sacra

scriptura debet considerari quasi sit una propositio copulativa con
tinens singulas ptes et unam p alteram confirmas elucidans et
expones Unde si aliq ppositio sacre scripture posita p auctorem sum
assertive qui est spus scus eet falsa tota sac scriptura sicud dicit
beatus Augustinus vacillaret auctoritas Sed qa similis e ro assenti
endi per fidem cuiuslibet ppom signate in scriptura sac Ita uni sicud
alteri auctoritas dine revelacionis que comunis est ubique ro credendi

Scriptura sacra dum consideratur in aliq Secunda Regula
sua pte vel ppone non est tenenda i solis terminis illius ppositionis
aut in sensu illo quem ppositio illa sic per se et unde considerata facit
Sed considanda et conuertenda est p comparacione ad alios sac scripture
passus patet hec regula ex precedenti et p exemplum manifestum
qualia sunt innumerabilia Dixit itaque xps Mathei ultimo Qui crediderit
et baptizatus fuit salvus erit Si quis voluerit in hac pcisa forma vel
sentencia stare non admissa quacumque collacione ipius cum aliis sicud i nuctes
essealios tales noit Augustinus xxi de Civitate dei Constat quod errabit
manifeste ponendo quod sola fides sufficit in baptismo ad salutem sicud
aliis virtutibus sicud faceret aliq ex simili verbo xpi Qui credit i me hā
vitam eternam Amplius arguendo ad hominem Inducemus illud xpi Jo
vi Ego sum panis vivus qui de celo descendi si quis manducaverit ex hoc
pane vivet in eternum Attamen secundum istos non sufficit manducacio solius
panis i. sumptio corporis xpi sed requiritur bibicio sanguinis Tercia

Scriptura sac potest et debet in suis partialibus Regula
assercionibus recipi et humiliter et diligenter exponi et recipi concordando
passum cum passu et unum p alterum indicando sequitur ex precedentibus
Et quia sic fit i omnibus aliis studiis et doctrinis in quibus intencio et
sensus unius dicti trahitur ex aliis ex quibus apparet intencio dicentis
Unde secundum hylarium Intelligencia dictorum ex causis est assumenda

dicendi · Alioquin plura essent mendacia et contradictiones in qualibet
storia et precipue in scriptura divina quam sint veritates in omni modo loquendi
Scriptura sacra male exponitur primo **Regula Quarta**
Si ut eorum requisivit et requirit homines primo preditos ingenio
Secundo exercitatos studio · Tercio inmunes ab effectato vitio Recto
humiles in iudicio · Patet quia ex opposito alterius istorum iiij solet
facillime falsus intellectus scripture suboriri · Ut si sit homo ebetis
ingenij · si inercs et neglector studij · Si infectus et depravatus et affu
alicuius vitij · quia excecat eos malicia eorum · Si denique fuerit superbi
et arrogantis iudicij · Possent ista et istorum quolibet auctoritatibus
et exemplis et racionibus multiplicibus declarari · quia quia nota sunt doct
et alibi satis inveniuntur brevitatis amore relinquo **Regula quinta**
Scriptura sacra in sui primaria expositione habuit homines eruditos
non solum humana racione vel studio · sed divina revelacione inspirante
spiritu sancto · Patet de apostolis · et de illis de quibus loquitur lucas in
actibus apostolorum c · xiiij · et xvj Et paulus pluries enumerat divisiones graciarum
Inter quas eciam interpretatio sermonum et sermo sapientie et sermo doctrine
Computandi sunt igitur in expositione sacre scripture doctores doctoribus et illi quos
constat habere condiciones in precedenti regula preferendi sunt non habentibus Inter
revelacionem habentibus non habentibus eam · et dona gratis data posside
tes non possidentibus ceteris paribus Ac proinde convincitur et deprehenditur
quorundam superbia modernorum usurpancium sibi illa de psalmo Super
omnes docentes me intellexi Et iterum Super senes intellexi Et iterum
Super omnes inimicos prudentem me fecisti Sed utinam animadverterent
si vere sint in eis cause que inguntur · Quia testimonia tua exquisivi
Quia lex tua meditacio mea est Et reliqua **Regula Sexta**
Scriptura sacra non est ita recipienda nude et in solidum · contempt
alijs tradicionibus hominum · qui debeat ad intelligenciam veram ipsius

habendam iuribus humanis et canonibus et decretis et gloriosorum sanctorum
doctorum frequenter et humiliter uti patet ex precedentibus · Patet etiam
ex modo quem tenent heretici quos nunc impugnamus Qui doctores valde
diligenter allegant pro suis assertionibus collocandis et corroborandis Et
tales qui sunt aliqui nullius auctoritatis vel ponderis · sicud sunt aliqui
glosatores decretorum et decretalium · non sancti · nec multum in theologicis eru
diti Et similiter aliqui quos de novo trahunt theologorum Unde sic arguitur
adversus eos Si doctoribus et peritis credendum est in sua arte Cur doctoribus
per nos allegatos non vultis credere quos allegatis · qui bene intellecti
sunt pro nobis Et alii qui absque ulla comparatione plures sunt · et clariori ser
mone dicentes nostram sententiam · Si vero non talibus credendum est Cur eos
pro vobis in confirmatione erroneorum sensuum vestrorum tam anxiose et exquisitissimo
studio queritis allegare undecumque colligentes et discerpentes quantulibet minutias

Sacra scriptura recipit interpretationem et expositionem · Regula septima
non dumtaxat in suis verbis et originalibus · sed etiam in suis expositoribus
Patet ex precedentibus Unde si allegatur Augustinus exempli gratia quod dixerit
in una glosa sic Sumendum esse sanguinem Christi in communicatione laycorum et hoc de
necessitate salutis · et alibi dicit vel observet oppositum secundum intellectum
qui prima facie colligetur ex verbis accipiendus est ex dictis aliis suis aliter
est concordandus sibi ipsi In venit enim dixisse Crede et manducasti Et
ita dicere potuit Crede et bibisti · Regula octava

Sacra scriptura dum per novellos homines inducitur tamquam credenda
sit in suis nudis terminis absque alterius interpretis vel expositoris
admissione exponitur gravibus periculis et scandalis nisi sollerter provideatur
et confestim occurratur · Patet ex precedentibus Et quia ad veritatem tales implicant
semetipsos in dictis suis prout deductum est in sex regulis dum aliquos inducunt
pro se doctores et inductos contra se admittunt · Dum preterea vitare volunt
glosam omnem incidunt apertissime in multiplicem contradictionem · et ultra

quoniam Judei litterales iudaysant qui recipiunt in antiquis tradicionibus
legis exposiciones doctorum suorum multas et varias. Ut Rabi Samuel et Rabi
Moysi et aliorum quemadmodum traditum habetur in lege Deut. xvii sub mortis in
terminacione sacerdotibus levitici generis esse credendum et obediendum. Et ex hac perversa
tradicione pestiferi orti sunt et cottidie crescunt errores beghardorum et pauperum
de Lugduno et omnium similium quorum multi sunt layci habentes in suo vulgari
translacione biblie impedimentum et scandalum theologice veritatis. Quale
propositum est in reformacione esse tollendum. Nona regula speculativa

Sacra scriptura in sui recepcione et exposicione autentica finaliter resolvitur
in auctoritate et recepcione et approbacionem universalis ecclesie presertim
primitive que recepit eam et eius intellectum immediate a Christo revelatum Spiritu Sancto
in die penthecoste et alias pluries. Quod patet quia quod Matheus verum scripserit
evangelium et Nychodemus non solum habemus ab auctoritate ecclesie. Iuxta illud
Augustini: Evangelio Christi non crederem nisi me auctoritas ecclesie compulisset.
Hec enim est infallibilis regula a Spiritu Sancto directa que in hiis que fidei sunt non fallere
potest nec falli. Cuius probaciones omitto. Et quia hoc est primum et principium in fide te-
nendum, quod non credito non superest arguere contra sic negantem. Sicud nec contra
negantem prima principia in moralibus vel speculabilibus arguendum tradit
Aristoteles. Addit consecutive quod sacra scriptura in exposicione sui habet et habere debet
in reverencia et auctoritate maiori consuetudinem universalis ecclesie circa ea que fidei sacramenta
respiciunt et disposicione ipsorum quam auctoritate unius doctoris particularis eciam sancti.
Et sic tradit sanctus Thomas in illa questione quo queritur utrum pueri infidelium sint
invitis parentibus baptizandi in responsione ad oppositum. Unde valde mirandum
videtur apud aliquos dum videat quod statim dum doctor aliquis composuit
unum tractatum vel exposicionem aut glosam super decretalibus aut decretis et
redigatur in scriptis habetur illa glosa seu lectura in reverencia tali et quasi alle-
gatur autentice in scolis et iudiciis qui doctor si viveret non esset
comparandus mille et mille qui sunt in vita iam. Et tamen si tota universalis

vniuersitas vna gratia que habet doctores in omni facultate peritissimos
declaret et determinet vnam expositionem vnius passus sacre scripture vel decretorum
aut decretalium vix reputabitur vel recipietur huiusmodi testificatio que videlicet scriptura
mortua sit auctoritatis maioris quam dicta viua Et si opponitur quod viuus potest
iudicium propter passibilitatem affectus Cur non similiter potest dubitari quod in mortuis reg
nauerit dum viuerent huiusmodi passiones iudicij peruersi Regula decima

Sacra scriptura patitur in suis lectoribus deo permittente contrarietates et
peruersiones quatenus qui probati sunt fiant manifesti ut dicit apostolus Et ut
studia doctorum multiplicentur et exacuentur sicud notat Augustinus et ut participes
veritatis cottidiano exercitio impleantur et eliciantur Iuxta illud Danielis pertransibunt
plurimi et erit multiplex scientia Et illud declaratio sermonum tuorum illuminat et cetera cum
similibus multis Nichilominus dum sacra scriptura patitur in suis lectoribus et allegatoribus
peruersum et peruersum intellectum adiciens illa que manifesta sunt in eadem scriptura
tradita que declarata sunt per ecclesiam vlem et ita recepta per fidelium obseruationem
debet habere defensionem suam magis iudiciali seueritate et executione punitiua
quam contentione nimiosa per scripturas aut verba quod patet ex predictis Verificatur
enim in talibus quod sermo verbis non erudietur quod et experientia cottidiana manifes
tat Illa quippe heretici negant per que sola possent et deberent ad viam veritatis
reduci Et si noluerint aliquid credere nisi quod reperiunt in biblia veniant illi si possunt
forum sacramentorum et quod Christus miscuit aquam cum vino quod conferunt demonstret
Et ita de pluribus alijs faciant Secunde consideracionis regularum particularium Regula prima

In expugnatione errorum et errancium contra materiam de laicorum communicatione
facienda de necessitate salutis sub vtraque specie debet poni hoc Concilium
generale in bonorum auxilium brachij secularis si opus fuerit cum contentiose grederentur
contra heretes directa determinatione sua quod iam consistit in rem iudicatam Nichilominus
in expugnatione tali possunt aliqui doctores de concilio vel aliunde scribere
vel aliter agere contra heretes errores predictos et persuasiones et allegaciones quemadmodum
fit alibi per eorum conclusiones prius oppositas secundum generalibus regulis quas premittit laicus et particu
laris applicari.

In expugnatione Practica Regula Secunda
huiusmodi debet imprimis concedi protervientibus adversarijs quicquid est catholice
et racionabiliter concedendum Et accepto illo in quo est controversia faciliter et expedi-
cius possunt ad errores deponendos induci Debet enim concedi sicud sancta synodus
conceditur quod aliquando potuit fieri et factum est sine peccato ymo cum merito quod aliqui
layci communicent sub utraque specie sicud aliquando fiebat consecratio in fermentato
ne iudaizare videretur ecclesia sicud et christus et forsan plures post eum in ecclesia
primitiva consecraverunt et dedit hoc sacramentum post cenam. Concedatur ipsis
eciam quod contra scripturam sacram nec auctoritas humana nec consuetudo aliqua robur
habet Et addatur quod interpretacionem vel exposicionem ipsa [struck through] recipit
sicud in regulis deductum est. Practica Regula Tercia.
In expugnatione huiusmodi principale illud circa quod versatur difficultas
sicud in puncto tenetur vel ordine est. si communicatio talis sub utraque specie sit
iussa generaliter a christo sub debito salutis eterne indispensabiliter ab homine tenenda
quemadmodum dicimus quod baptismus aque est de necessitate salutis et indispensabilis
per hominem. sic quod nulla auctoritate vel consuetudine potest introduci vel institui ut certi
homines non baptizentur baptismo aque. Diffinit autem hoc sacrum Concilium
verissime negative. sicud nec superius sacramenti talis est necessitatis ante cibum
vel post. Circa quod est rememoranda distinccio necessaria et notanda quod circa ministracionem
vel institucionem sacramentorum quedam sunt de veritate sacramenti et de iure divino
Quedam vero tamen de necessitate precepti et de iure humano seu positivo
Exemplum in materia nostra quod fiat consecratio per tenorem verborum formam. quod in tali materia
materia per sacerdotem hoc est de necessitate sacramenti et iuris divini Quod autem fiat
in templo seu altari sacrato. quod cum talibus vestibus. quod cum lumine. quod cum talibus
oracionibus. epistola. et ewangelio. quod ieiuno stomacho ieiunio ecclesie naturali. Et huiusmodi
et similia sunt de solo precepto humano et variabili. sic quod ecclesia posset ex causis
racionabilibus prescripta omnia vel aliqua talium immutanda et immutata sub precepto tradere
sic quod tunc peccaret homo faciendo illud in quo nunc meretur et quod cum transgrediendo peccaret

In expugnatione tali declarari pt faciliter **Regula Quarta**
apud volentem percipere vel ex affectu errac q supplico sub utraq specie alayns
modo non est aut umq fuit de necessitate precepti Juris divini sub pena dampna
cionis eterne. Attamen dum modo fiebat alayris papiete vel penitente vel co
sulente ecclesia bn fiebat. sicud dum gficiebat sacerdotes i fermento Nunc vo
dum certa ratione inolevit opposita consuetudo per ecclesiam laudata et iussa. q iussio
patet ex tali gsuetudine que est optima legum interpretatrix. Supplico talis temeraria
et psumptuosa. scandalosa. sediciosa et ecclesiastici ritus turbativa. ex gsequenti
eterne dampnacionis inductiva Nec valet tum inducunt q plapa plus mentu
sumendo sub utraq specie quam sub sola forma panis. Videtur falsum esse Quia melior
est obediencia quam victime Et quia patet eciam prohibere aliquid quod posset aliquando
~~incepu~~ meritum augere i aliquibus ppter melius bonum commune adipiscendum vel ad
malum declinandum. **Regula Quinta · Practica**

In expugnatione tali dicendum est. q asserentes clericum supplicione esse licitam et
utilem laicis sub utraq specie Non tamen errant. licet errent quantum illi qui dicunt
eam esse necessariam de necessitate precepti divini et Juris indispensibilis qui sacramenti
Patet quia isti sedm dampnant aptissime deberent omnes et singulos laicos esse excō
municandos et ponere ex ecclesiam Et ita consequenter reputant q sola generalis
ecclesia sit apud eos. sicud olim fuit temporibus beati augustini de donatistis. Cuius quam
horrenda sit psumptio videre stupor est Et valde mirandum est q ex hac auctē
xpi nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem. non habebitis
vitam in vobis. Jo. vj. volunt gcludere ineuitabiliter errorem suum. Et non attendunt
q in eodem capitulo xpus pmisit. Ego sum panis vivus. si quis manducaverit ex hoc pane
vivet in eternum. ubi nichil loquitur de potu Et ideo mediate faciunt xpm Si requi
rum manducacione sacramentali panis supplico eciam vini sacramentalis. Cum dem sim
est una condicionalis cuius oppositum gsequentis stat sedm eos cum auctē antecedenti
supta in se: Et sedm verba sua primo gsequens istorum repugnat antecedenti
et insuper mirabile. q ex illo uno verbo volunt gcludere q sacramentalis supplico corporis

et sanguinis xpi cadat sub tanta necessitate salutis et iuris divini sicut
baptismus aque · cuius oppositum patet manifeste per doctores Cum si in tali suppone-
stat salus · non saltem in parvulis et in pueris citra perfectum usum rationis
sicud observat ecclesia · Cuius contrarium habetur ex quadam epistola cypriani quod parvuli
quatuor annorum recipiebant aliquando corpus · ponitur enim pro miraculo unius
puerorum vitalem qui oblato cibo per idolis immolato nolebat aut non poterat
comedere · sed bene de pane consecrato gustabat si bene memini · Sexta
Ad expugnationem talis respondendum est ad auctoritates adversariorum Regula
Primo quod aliqui concedunt per quanto fundamentum veritatis dicunt esse sacram
scripturam · sed rite intellectam · Alie similiter concedunt per quanto dicunt
sacramentum altaris aliquando sumptum fuisse a laycis sub utraque specie Cuius
probabilius videatur quod haec observatio nunquam apte doctorum contra omnes
extiterit · Aliaque que dicunt sacramentum altaris integre debere sumi sicud
etiam expressius inter omnes allegatas tradere videtur Gelasius papa de consecratione distinctione
Comperimus · debet exponi de sacerdotibus celebrantibus qui celebrant pro toto populo
apud quos semper fuit et est de necessitate percipere saltem celebrantis · quod sub
utraque specie communicaret Contra quod plus obligant hoc facere Cum quis ieiunus
celebret iuxta consilium doctorum dicentium quod ubi homo veniens ad perceptionem
sanguinis reperit primo ibi aquam · quam reputabat fuisse vinum · degustat et ita
frangitur ieiunium nature · Debet consecrare noviter vinum et ita sumere.
Et ita dicitur quod plus bibere sanguinem quam ministrantes pro eis illa bibunt · prout
intelligunt auctoritates inducte · exceptis celebrantibus Et iuxta verbum augustini
predictum · Crede et manducasti (bibisti) Est enim manducatio et bibitio iuxta eorum
descriptione duplex · Una spiritualis per fidem et amorem que necessaria
est in adultis · Alia sacramentalis que si sit sine spirituali nedum non proficit
sed officit · Cadit tamen in precepto domini celebrantis nequaquam contemptum prout de confir-
matione et extrema unctione dicunt a doctoribus que dicuntur esse non necessitatis · Et
de hoc sacramento notetur quod scripsit venerabilis hugo de sancto victore in morte

sua. Ex quo colligitur suspicione sacramentalem non esse necessitatis sicud
baptismum. Et ex aliis notatis per doctores super quarto sententiarum d. xj
Et per glo. Jo. vj primo ad Corinthios xj°. Septima Regula.

In expugnatione tali sunt dicende auctoritates doctorum in sacra theologia
qui scripserunt in hac materia quas hic omittimus partim quia fuerunt sufficienter
allegate in hoc sacro concilio ante condempnacionem erroris predicti, partim
quia multe sunt vulgate et notate. Denique stat pro parte hac experiencie
testimonium ubilibet divulgatum. quod ille qui negat caret sensu et debet
non racione sed flagellacione compesci. Octava Regula

In expugnatione tali videtur proficere quod serenissimus Rex Romanorum Sigismundus
invocatus a sacro Concilio accepit factum illud prosequendum et finiendum sicut
et alias hereses in Bohemia cum potencia eciam brachii secularis. Attento
precipue quod princeps fuit et est in Concilio ubi facta sunt decreta in hac parte
Attento preterea quod in regno fratris sui cuius successor est hec heresis habet
exordium. et nisi provideatur serpet in longinquum. Nona Regula

In expugnatione tali videtur multum proficere presertim apud Boemos
si Concilium aut supposita eius palam ascendent ne dum verbis et epistolis
sed factis et exemplis quod non ex odio vel invidia procedit contra eos sed solo
zelo fidei et salutis animarum. Et hoc tunc fiet eis persuasibile si videant
et sentiant in factis quod queritur in hoc concilio extirpacio omnium errorum sine
accepcione gentis alicuius et personarum. Et quod non solis eis fiet sicud ut fiet
domino concedente prescitis et aliis detentis aut non minus errantibus detur favor
et dissimulacionis defensio. Decima et ultima Regula practica

In expugnatione tali videtur maxime esse providendum si non libere convenirent
theologi sancte collaciones mutuas cum caritate et absque contencione fraterne
habitam. cum precausis maioribus et principalibus fiat concordantia eorum concio
Rursus oportet ut stilus predicancium contra theologos observetur. non litigiosus
aut sophisticus super quam rescriptum alibi reperitur. Amplius In expugnacionem

doctrinalem theologi universitatem illarum qui non debent ad mis
bohemis de odio vel invidia haberi ronabilit suspecti Et quos gstat
pt i aliis materiis sinceriter et veraciter constant hactenus determinasse sine
nota heresis vel erroris i aliis materiis Et ad hoc non est dubium quin pati
sunt theologi de alma universitate parisiensi qui i magno numero pntes
sunt i hoc Concilio Sunt et de aliis universitatibus prelatis tam nuo quam mito
theologi precellentes Unde dicunt eorum plurimi qui sup hoc fuerunt sil congregati
quod consuetudo licite et ronabiliter fuit introducta de non coicando laycos
sub utraque spe presertim post multiplicanoem fidelium Et hoc propter evitanoem
multiplicis piculi erroris et scandali circa susceptionem huiusmodi benedicti
sacramenti Primum piculum in effusione Secundum in deportatione de loco ad locum
Tertium in vasorum sordicie que debent esse consecrata non passim tractata vel
tacta a laycis et multominus debet vinum consecratum i apothecis vendi sicud
fit apud illos ut dicitur Quartum in longis barbis laycorum Quintum in
conservatione pro infirmis Cum posset i vasis passim acetum generari et ita de-
sineret ibi esse sanguis xpi non sic sapiendum non sic novit consecrandum sine missa
Et fieri posset quod daretur acetum purum pro sanguine xpi Addito quod i estate bibioes
et musce generarentur quantumcumque esset vas clausum Aliquando etiam putresceret
Aut fieret valde abhominabile ad bibendum et est ratio efficax valde Et
ex alia rone quam alii multi prohibuissent et quereretur in quo vase fieret consecratio
tanti vini quantum requiretur in pascha pro x aut xx milibus personarum Sextum
dampnum esset i preciositate vini saltem apud multas partes in quibus vix
reperitur vinum ad celebrandum Et alibi care comparatur Esset preterea piculum
in congelatione Esset rursus piculum in false credulitatis inductione et
hoc multipliciter Primo quod tanta esset dignitas laycorum circa sumptione corporis
xpi sicud et sacerdotum Secundo quod hoc facere semper fuit et est necessitatis
et ita perirent homines et perierunt aliter facientes sentientes aut docentes et
omnes generaliter tam clerici quam laici doctores et prelati qui possetenus opposu

erant se tali consuetudini verbis · scriptis · sentencijs · et q sacram
scripturam omnes illi pitterent · Tertio q ritus huius sacramenti no est
principalius i consecratione · Quarto q ecclia romana no rite sentit
de sacramentis · n est in hoc imitanda · Quinto q generalia Concilia et
specialit Constanciense ergaverunt in fide et bonis moribus · Sexto quia
nimium piculu esset · sedicionu · et scismatu in xpianitate Unde sicud
experiencia manifestat nunc i bohemia · q sedicio nedu ad spuale · sed
ad temporalem dissipacione · nisi dei puidencia et Regis Romanoru
prudencia puideant pdisponit · Sequitur auctes doctoru p impugnatioe
Allexander de hallis · in qrta pte de sacramento recitat duo dictorum
picula s · effusione sanguinis · et piclm i fidelitat quia se no immerito
mentibus fidelium ingereret si semp sub specibus panis et vini daret · posset
enim credere q xps no contineret integer sub altera specie tm sicud qnqz gngit
Et etia hoc idem doctor recitat hanc historiam aliqbus r ligiosis appetentibus
et instantibus ut sub utraqz spe sumerent sacramentu · qda celebrante tu facit frac
tioem totam patene totu visum e repleri sanguine adeo q obstupuerunt omes
circumstantes et ipse · Set cu giunget ptes hostie · totu visum e redintegrari
et sic peticioni · et temptacioni illaru fuit penitus satisfactu · Unde iste
doctor asserit in extensioe · q qz xpus integer sumit sub utraqz specie · Unde
licet sumere xpm sub specie panis tm · Idem dicit Richardus de media
villa · li · iiij · d · xi · q · vi · et allegat eade picula Et petrus de tharentasia
d Ca tefficacia e eglis sub utraqz spe Ideo omibus tradit sub altera specie in
qua sdi pt sine piculo · maioribus vo psbris et ministris sumit sub utraqz
spe Ideo vo d de ministris · s · laycis i paucissis locis e consuetu Et sanctus thomas
pte tercia sume sue · q · 80 · articulo ultimo saluat gsuetudine qua ppls comicat
sub spe panis tm · et no occurrit aliquis famosus doctor · q dapnare psumat
gsuetudinem comicandi ppulm sub spe panis tm · Glosa de lyra Jo · vi · Et sanguine
eius biberitis · no e p hoc intelligendu q hoc sacramentu sub utraqz spe sit fidelibus

exhibendu̅ · sed tm̅ modo a sacerdote sumendu̅ · licet enim in primitiua ecclia
populus sub utroque specie communicaret · tamen postea prudenter ordinatum est ut non communicet sub
specie vini propter periculum effusionis · Et quia in specie panis accipit quodammodo sanguis in
quantum ibi continetur ut predictum est · quia sub utraque specie est totus christus · Aliter tamen et aliter
quia sub specie panis est presencia corporis christi ex virtute sacramenti · licet alio concomitancie · Notandum
quod ex hoc quod dicitur · Nisi manducaveritis etc. · dicunt greci quod hoc sacramentum est tante necessitatis
quod pueris debet dari sicut et baptismus · quod falsum est · quia in sumendo hoc sacramentum requiritur
actualis deuocio et reuerencia que non sunt in pueris · Et ideo verbum quod importat preceptum
tantummodo intelligatur de adultis quibus necessarium est ad salutem hoc sacramentum accipere saltem in
voto suo pro tempore habendi · Iste glosa eiusdem de lyra super ad corinthios xi · Et sic de pertinentibus illo
capitulo etc. · Jdem tunc potest fructuose hoc sacramentum sumere · Sufficit autem hic mencio de duplici specie ·
Nam in primitiua ecclia sic dabatur fidelibus · sed propter periculum effusionis sanguinis datur
tamen sub terciam specie panis · Sacerdos autem celebrans sub utraque non tamen pro se sed eciam pro aliis
Exceptum de tercia parte summe beati thome · q · xi · dist · xii · et vltimo · ubi sic habetur
in forma · Ad x sic proceditur · Videtur quod non liceat sumere corpus christi sine sanguine · dicit enim gelasius
papa et habetur de consecratione · dist · ii · Comperimus quod quidam sumpta tantummodo corporis sacri porcione a
calice sacri cruoris abstinent · qui procul dubio quoniam nescio qua superstitione docentur
astringi · aut integra sacramenta percipiant · aut ab integris abstineant · Non ergo licet christi corporis
sumere sine eius sanguine · Preterea ad perfectionem huius sacramenti concurrit manducacio et potacio
sanguinis ut supra habitum est · Si ergo sumatur corpus sine sanguine erit sacramentum imperfectum
quod ad sacrilegium pertinere videtur · Unde ibidem gelasius subdit · Quia divisio unius eiusdemque
misterii sine grandi sacrilegio non potest prouenire · Preterea hoc sacramentum celebratur in memoria dominice
passionis ut supra dictum est et sumitur pro anime salute · sed passio expressius exprimitur magis in sanguine quam
eciam in corpore · Sanguis eciam pro salute anime offertur · ut supra habitum est · Ergo magis esset obser-
vandum a sumpcione corporis quam a sumpcione sanguinis · Non ergo accedentes ad hoc sacramentum
debent sumere corpus sine sanguine · Sed contra est multarum ecclesiarum usus in quibus populo communicanti datur
corpus christi sumendum · non autem sanguis · Responsio · Dicendum quod circa usum huius sacramenti
duo possunt considerari · Unum ex parte ipsius sacramenti · Aliud ex parte sumencium · Ex parte

ipius sacramenti convenit quod utrumque sumat scilicet corpus et sanguis quia in
utroque consistit perfectio sacramenti Et ideo quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum
consecrare et perficere nullo modo debet corpus christi sumere sine sanguine Ex parte
autem sumentium requiritur summa reverentia et cautela ne aliquid accidat quod vergat
in iniuriam tanti misterij quod precipue posset accidere in sanguinis sumptione
Qui quidem si incaute sumeretur de facili posset effundi Et quia crescente multitudine
populi christiani in qua continentur senes et iuvenes et parvuli quidam non sunt tante discretionis
ut cautelam debitam circa usum huius sacramenti adhibeant Ideo provide in aliquibus
ecclesiis observatur ut populo sanguis non detur Sed solum a sacerdote sumatur Ad primum
ergo dicendum quod Gelasius loquitur quantum ad sacerdotes qui sicud totum consecrant
sacramentum Ita etiam toti communicari debent Ut enim legitur in concilio Toletano
Quale erit ubi christus ipse sacrificans esse dinoscitur Ad secundum dicendum quod
perfectio sacramenti non est in usu fidelium Sed in consecratione materie Et ideo
nichil derogat perfectioni huius sacramenti si populus sumat corpus sine
sanguine dummodo sacerdos consecrans sumat utrumque Ad tercium dicendum
quod representatio dominice passionis agitur in ipsa consecratione huius sacramenti
in qua non debet corpus christi sine sanguine consecrari Potest autem a populo
etiam corpus sine sanguine sumi Nec exinde aliquod sequitur detrimentum
quia sacerdos in persona omnium sanguinem offert et sumit et ipse totus christus
continetur ut supra dictum est.

Explicit Tractatus Eximij et egregij magistri Johannis Jarsonis sacre
theologie professoris Alme et Inclite universitatis studij parisiensis
Cancellarij editus In Magno Concilio Constatiensi pro expugnatione
hereticorum in Bohemia. Scriptus octava apostolorum anno millesimo ccccc° liiij per
fratrem Albertum monachum monasterij vallis Sancti petri In heisterbach

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF